

De la Bibliotheca de Col. Mayor. Recopilacion de las Leyes de Indias. 1794. 1795. 1796. 1797. 1798. 1799. 1800. 1801. 1802. 1803. 1804. 1805. 1806. 1807. 1808. 1809. 1810. 1811. 1812. 1813. 1814. 1815. 1816. 1817. 1818. 1819. 1820. 1821. 1822. 1823. 1824. 1825. 1826. 1827. 1828. 1829. 1830. 1831. 1832. 1833. 1834. 1835. 1836. 1837. 1838. 1839. 1840. 1841. 1842. 1843. 1844. 1845. 1846. 1847. 1848. 1849. 1850. 1851. 1852. 1853. 1854. 1855. 1856. 1857. 1858. 1859. 1860. 1861. 1862. 1863. 1864. 1865. 1866. 1867. 1868. 1869. 1870. 1871. 1872. 1873. 1874. 1875. 1876. 1877. 1878. 1879. 1880. 1881. 1882. 1883. 1884. 1885. 1886. 1887. 1888. 1889. 1890. 1891. 1892. 1893. 1894. 1895. 1896. 1897. 1898. 1899. 1900.

HERMANNI VULTEJI JC.

I N

INSTITVTIONES
JURIS CIVILIS
A JUSTINIANO
COMPOSITAS

Commentarius.

ADDITIONI SVNT IN FINE INDICES
sex, operi ipsi accommodatissimi.

Editio quarta.

Cum S. Cas. Majest. Gratia & Privilegio.



MARPURGI,
Apud PAULUM EGENOLPHUM.

clō 1ō CXIII.



ILLUSTRISSIMO ET
POTENTISSIMO PRINCIPI AC
DOMINO, DN. LUDOVICO SENIORI, HES-
siae Landgravio, Comiti in Catzenelobogen, Dietz, Zie-
genhain & Nidda, &c. Domino suo cle-
mentissimo.



QUANTUM, Illustrissime Princeps, Domine cle-
mentissime, in omni disciplinarum genere ad eas-
tum docendas tam discendas interfit, vera ac le-
gitima methodo uti, nemo est, qui non intelligat;
& cum omni tempore viri docti studium atque o-
peram suam eo contulerint, vt disciplinae quaeque suo ordine tra-
derentur, tum vero hoc nostro potissimum seculo certatim in eo
occupati fuerunt, atque etiamnum sunt singularum facultatum,

ut



IN NOMINE DOMINI NOSTRI JESU CHRISTI.

Imp. Caesar Flavius Iustinianus, Alamanicus, Gothicus, Francicus, Germanicus, Vandalicus, Africanus, Pius, Felix, inclutus, victor ac triumphator, semper Augustus cupida legum iuventuti.



IMPERATORI A M majestatem non solum armis decoratam, sed etiam legibus oportet esse armatā, ut utrumque tempus & bellorum & pacis recte possit gubernari: & Princeps Romanus victor existat non solum in hostilibus praeliis, sed etiam per legitimos tramites calumniantium iniquitates expellens, & fiat tam juris religiosissimus, quam victis hostibus triumphator. Quorum utranque viam cum summis vigiliis, summaque providentia, annuente Deo, perfecimus. Et bellicos quidem sudores nostros barbaricæ gentes sub juga nostra deductæ cognoscunt: & tam Africa, quam aliæ numerosæ provinciæ post tanta temporum spacia nostris victorijs à cœlesti lumine præstitis, iterum ditioni Romanæ, nostroq; additæ Imperio protestantur.

Omnes verò populi legibus jam à nobis promulgatis vel compositis reguntur. Et cū sacratissimas Constitutiones antea confusas in luculentam ereximus consonantiā: tunc nostram extendimus curam ad immensa veteris prudentiæ volumina, & opus desperatū quasi per medium profundū euntes cœlesti favore jam adimplevimus. Cumq; hoc Deo propitio peractū est, Tribuniano viro magnifico, magistro & exquæstore sacri palatii nostri, nec non Theophilo & Dorotheo viris illustribus antecessorib. nostris, (quorū omniū solertiā & legum scientiam, & circa nostras jussiones fidem, iam ex multis rerū argumentis accepimus) convocatis, mandavimus specialiter, ut nostra autoritate, nostrisq; suasionibus Institutiones cō-